Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rare dignatus es et aqua et
spiritu sancto tribuens eis remissi
onem omnium peccatorum suorum Qui dñs
In ascensione dñi Prefacio.
Per eundem dominum nostrum Qui
post resurrectionem suam omni
bus discipulis suis manifestus appa
ruit. et ipsis cernentibus est elevatus
in celum ut nos divinitatis suae
tribueret esse participes Et ideo cum
angelis et archangelis cum thronis
et dominationibus Cumque omni mu
ltitudine celestis exercitus hymnum gloriae
tuae canimus sine fine dicentes Infra
Communicantes actionem
et diem sacratissimum celebran
tes quo dominus noster unigenitus
filius tuus unitam sibi nostrae fra
gilitatis substantiam in gloriae
suae dexterae collocavit Sed et
memoriam In festo pentecostes et per totam octavam de sancto spiritu Prefatio
Per eundem dominum nostrum Qui
ascendens super omnes celos
sedensque ad dexteram tuam promissum
spiritum sanctum hodierna die in filios
adoptionis effudit Quapropter
profusis gaudiis totus in orbe terra
rum mundus exultat Sed et superne vir
tutes atque angelorum choros pariter
gloriae tuae canunt sine fine dicentes
Communicantes Infra actionem
et diem sacratissimum pentheco
stes prevenientes celebrantes
quo spiritum sanctum apostolis innumeris
linguis apparuit Sed et mundo
Hanc igitur oblationem servi
tutis nostre sed et cunctae fami
liae tuae quam tibi offerimus
pro his quoque quos regene
rare dignatus es ex aqua et
spiritu sancto tribuens eis remissio
nem omnium peccatorum suorum Omnis dñs
Prefatio de sancta trinitate
Aeterne deus Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto
unus es deus unus es dominus non in
unius singularitate personae sed in
unius trinitate substantiae Quod
enim de tua gloria revelasti de credimus
hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine
differentia discretionis sentimus
ut in confessione vere sempiternae ho
ritatis et in personis proprietas et in
essentia unitas et in maiestate ado
retur aequalitas Quam laudant angeli
adorant dominationes tremunt potestates
Celi celorque virtutes ac beati seraphim
socia exultatione concelebrant Cum
quibus et nostras voces ut admitti
iubeas deprecamur supplici confessione
dicentes De beata virgine Prefatio
Aeterne deus Et te in ue
neratione vel festo hodie maie
semper virginis collaudare benedicere et
predicare Que et unigenitum tuum
sancto spiritu obumbratione concepit et vir
ginitatis gloria permanente lumen
aeternum mundo effudit dominum nostrum Jesum
Christum per quem maiestatem tuam